

A P H O R I S M I

bus si scire delis tempus durationis sui dominij.

181

Hora intronizationis mouet principem, uelut dignitas mouet hominem, ideo multi faciunt multa extra consuetudinem & naturam, habet equidem punctus & horas dignitas.

182

Voluntas principis non perficitur si non adiuuatur a reuolutione ciuitatis, & a coniunctione præterita propinquaque duorum superiorum.

183

Destruere non possunt ciuitatem, si donum temporis radicis non perficitur, ideo bene considerabis radicem, si finem rei iudicare desideras.

184

Discordiae regnum eueniunt si ascendentia respiciunt, se quadrato uel opposito, & magis si significatores discordiarum conueniunt in qualitate & natura.

185

Magna res est eclipsis Solis cum eclipsatur totum corpus, destruit & euellit ciuitates habentes ipsum signum eclipsis in ascendentie radicis, cum figura eclipsis cum radice concordant in duobus testimonijs tantum.

186

In omni reuolutione annorum mundi eclipsim Solis & Lunæ non post pones.

187

Considerabis coniunctiones Solis & Lunæ & omnium aliorum planetarum per totum annum, si recte introitum Solis in Arietem perscrutari uelis.

188

Radices annorum mundi signumque profectionis, nec postponas dominum orbis, tuum climaque diligenter inspiceris exemplaque anno præteritorum, si aliquid re uera iudicare uelis.

189

Sub uno ascendentie non ciuitates multas in uno climate iudicabis.

190

Dimitte pua individua in iudicij annorum mundi, quia scientia stellare in insimilis non extenditur nostro debili iudicio.

191

Qui per stellas iudicare uolunt, uniuersale equidem iudicium conuenit iudicare, & si particulare, non in paruis, sed in magnis rebus in quibus comprehendatur unusquodque uniuersale necesse est.

192

Electio facta iuxta formam radicis querentis, magnum quid perdest si res apta nata est.

193

Fortis